

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Io. Rvdolph. Engav Ivrivm D. & P.P.O. In Academia lenensi
Elementa Ivris Criminalis Germanico-Carolini**

Engau, Johann Rudolph

Jenae, MDCCXLVIII.

VD18 12413879

Tit. XXI. De Lenocinio.

urn:nbn:de:gbv:45:1-10011

TIT. XXI.

DE LENOCINIO.

§. CCLXII.

Lenocini-
um, seu

Aetus, quo femina uagæ alterius libi-
dini sacratur, *prostitutio* dicitur, at-
que hæc, si quæstus causa facta, audit *le-
nocinium*, quod, prout femina prostituta
prostituentis potestati subest, aut non, in
simplice & qualificatum diuiditur,

§. CCLXIII.

Vnde hæc fluunt axiomata :

- I. Sine prostitutione feminæ non da-
tur lenocinium.
- II. Lenocinium animat intentio lucri.

§. CCLXIV.

prostitutio
feminæ

Ad primum (§. pr. 1.) notes (1) femi-
nam tam sui quam alieni iuris, uirginem,
uiduam & coniugatam prostitui posse;
(2) feminam a te prostitutam dici, (a)
quam ad coeundum cum alio uel preci-
bus emisti, uel ui adegisti, uel alio modo
induxisti *n*), minime uero (b) eam, quæ
a tertio passa est stuprum adulteriumue,
quod te inscio perpetratum tegis condo-
nasue (§. XXVII.) *o*); (3) eum *attentati*
tantum *lenocinii* reum esse, cuius solici-
tationem coitus subsecutus est minime.

§. CCLXV.

n) FARINAGIVS pr. crim. qu. 71. nr. 32.
crim. qu. 144. nr. 42. seq. KRESS ad C. C. a. 122.

o) CARPZOV. pr. §13. 4.



§. CCLXV.

Quia lenocinium animat intentio lucri quæstus er-
 (§. CCLXIII, 2.), lucrum autem quoduis facta,
 commodum significat: leno uocari de-
 bet, qui alicui prostituit feminam, ut (a)
 pretium acciperet, aut (b) obligatione li-
 beraretur, aut (c) uoluptatem honorem-
 ue p) consequeretur, si uel maxime horum
 nihil consecutus fuerit q).

§. CCLXVI.

Lenocinium non constituit *crimen* nisi mox in cri-
 dolo malo (§. XXXI.), nec *qu. crimen*, nisi men, mox
 culpa (§. LI.) commissum. Hinc (1) *cri* in *qu. cri-*
minis lenocinii plane expertes sunt (a) *men abit,*
 qui, quod necessitati iis parendum erat (§.
 XXXIX, 3.), feminam prostituerunt; (b)
 magistratus, qui libidini radicitus extir-
 pandæ impar tolerat lupanaria, &, inde
 aliquid redditibus publicis accedi iubet
 r); (2) *qu. criminis* lenocinii accusari
 possunt, (a) qui nimia credulitate, aut
 (b) supina negligentia, aut (c) furiosa ami-
 citia ducti, uel (d) alia causa dolum mi-
 nuente s) moti stupro ansam dederunt,
 aut adulterio, ut si u. c. uxor, marito suo,

p) KRESS ad art. 122. über die P. H. G. D.
 §. 2. not. 3. LEYSER sp. — III, 5, 3. p. m. 257. Diss.
 588. m. 9. CARPOV c. qu. nr. 52.

q) FROELICH [v. LEYSER c. sp. m. 20.
 Frölichsburg comment. s) KRESS, c. I, not. 1.



ob metum mortis a medicis in casum puerperii annunciatæ, non cohabitans, aliam feminam, quacum congregariatur ^{t)}, obtulerit.

§. CCLXVII.

diuersa pœna, tam l. uocat *u*), in crimen qualificati lenocinii, gladii pœnam statuit.* Pœnam, qua simplicis lenocinii rei adficiendi, arbitrio iudicis relinquit Carolus *x*). Debet autem iudex, eam determinaturus, attendere (a) honestatem personarum prostitutarum, (b) damnum, quod hæ perpeſſæ sunt, (c) lenonis malitiam, atque (d) sanctitatem loci, quo commissum est lenocinium.

* Communem Dd. opinionem impugnat LEYSER c. sp. m. 4. seq. putans, I. Ro. pœnam gladii non nisi eos mansisse, qui mulieres inuitas prostituerant.

** Quod maiores nostri ignorauerint lenocinium, hocque postea deinceps a Romanis didicerint, uel ex eo constat, quod solæ LL. *Visigoth.* & *Longob.* quantum equidem scio, illius mentionem faciant, lenocinium qualificatum aliquot iictibus flagellorum uel mulcta prosequentes. Idem illud Capitularia & duo illa specula prætererunt; subsequentibus vero temporibus uini defossione uindicant L. Brunsuic. p. II. nr. 56. ap. LEIBNIT. To. III. Script. Brunsu. p. 434.

§. CCLXVIII.

t) Mylius ad Beyeri delin. I. Crim. pag. 210, nr. 5

u) art. 122.

x) art. 123.



§. CCLXVIII.

Quocum conueniunt *I. Sax. tam Elect. y)* quam pro-
quam *Ducalia z)*; itidem *I. Palat. a)*. *I. uinciali lu-*
uero Austriaco b) lenones fustigati in per-
petuum relegantur, & *I. Tyrol. c)* pariter
atque *Badensi d)* nulla pena determinata
est &c.

§. CCLXIX.

A qua pena non quidem liberaunt (*I*) *Causa mitis tyrocinium e)*, (*2*) *nobilitas f)*, (*3*) *pau-*
gantes pertas uel inopia lenonis g); attamen (*4*)
uel plane *deficiens*, uel *attentata tantum*
(§. CCLXIV, *i.*) *prostitutio h)*, (*5*) *coitus*
non secutus (*§. eod. i*), (*6*) *lucrum non*
intentatum (*§. CCLXV. k*), (*7*) *deficiens dolus* (*§. CCLXVI.*), (*8*) *coitus remissus*
quidem, non autem *permittus*, interue-
niente lucro (*§. CCLXIV, b l*).

§. CCLXX.

- | | |
|-----------------------------------|--------------------------------------|
| <i>y) p. IV. const. 29.</i> | <i>f) HARPRECHT</i> |
| <i>BERLICH p. IV. concl.</i> | <i>Resp. Crim. 35. nr. 17.</i> |
| <i>46. nr. 8. 30.</i> | <i>g) CARPZOV c. q.</i> |
| <i>z) GERHARDI d.</i> | <i>nr. 70.</i> |
| <i>de criminis lenocin. c. 3.</i> | <i>b) GRANZ defens. in-</i> |
| <i>§. 10.</i> | <i>quisit. c. VI. m. 2. sect.</i> |
| <i>a) Chur Pfälz. Ma-</i> | <i>2. a. XI. nr. 577.</i> |
| <i>lef. O. tit. 42.</i> | <i>i) ENGELBRECHT</i> |
| <i>b) L. O. L. O. art.</i> | <i>de malef. cæpt. c. 7. § 54.</i> |
| <i>VIII. §. 6.</i> | <i>k) DOEPLER Schäapl.</i> |
| <i>c) Frölich c. I. p. 255.</i> | <i>der Leibes und Lebens-</i> |
| <i>d) L. R. p. VII. tit. 35.</i> | <i>Strafen p. II. c. 5. nr. 259.</i> |
| <i>e) Diss. FARINACI-</i> | <i>l) KRESS c. I. §. 3.</i> |
| <i>vs qu. 144. nr. 35.</i> | <i>not. 1.</i> |

Engau Ius Crimin.

K.



§. CCLXX.

Socius. Qui prostitutionem feminæ honestæ prohibere potuit debuitque, nec tamen prohibuit, lenocinium uel in totum uel in tantum participat, prout scilicet quæstum quæsiuit aut aliud.

§. CCLXXI.

Iudicium civile. Contra lenones tam corruptus quam alii, quibus nocumento est corruptio, agere possunt ad soluendum id, quod interest. m).

TIT. XXII.

DE INVIRIIS.

§. CCLXXII.

Inuria, quæ varie, Quicquid in alterius contumeliam tendit, iniuria est.

§. CCLXXIII.

Iam quum in alterius contumeliam tendere queant cum facta tum uerba nostra: Dd. iniuriam diuidunt (1) in *realem & uerbalem*, hancque iterum (2) in *ore nuncupatam & scriptam n*), quam posteriorem (3) uel *claram uel figuratam* habent o). Has diuisiones omnes, quum parum utilitatis ferant, magni non facimus.

§. CCLXXIV.

Speciatim in Quandoquidem porro quis uel directe uel

m) KRESS ad art. 123. Sc̄ommatibus §. X.

§. 2.

o) FELZ de iniuria,

n) LINCK. d. de quæ fit per picturam.

